Quelle: https://manuscripta.at/?ID=908
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



181

·clxxvii·

fugit cum carisio· Sed est autem grandis seditio in ciuitate· Maior tamen pars populi pro apostolo clamabat ita ut ipsum pontificem qui eum pulsit quereretur ut eum uiuum incenderent· Corpus autem apostoli cum honore apostolico cum laudibus et ymnis transtulerunt ad ecclesiam condentes aromatibus preciosis· et in loco in quo positus erat· fiebant signa et prodigia multa· Denique supplicantes syri ab imperatore alemanno romano uenerunt uictoria de persida· Pluoxerisen rege deuicto· impetrauerunt ut mitteret ad regulos yndorum et redderet eis corpus sancti thome apostoli· Hicque fecit eum translatum esse de yndia corpus apostoli et posuit in ciuitate edissa·

locello argenteo quod pendet in catheuis argenteis·

Vita sancte mechthildis regine·

Igitur ad archthildis regina illustris genere et maiestate potentia illustrior· religione diuina· quanto sibi iam accessit patias sublimior· tanto fiebat humilitate deuotior· quod raro euenit· dignitatem seculi sine superbia possidet·

In publico processit ornata gemmis et serico· et interius gerebat preciosius ornamentum cor acceptabile deo· tantamque subditis exhibuit humilitatem et caritatem· ut omnibus esset pariter et amor et honor·

Noctium uero secretis abla